

## De origine et vi vocis „tamen“.

Scrispit Dr. Joh. Arneiz.

In explicando adverbio „tamen“ memoria tenendum est primum componi fere posse „tamen“ ex tam+en aut tame+n (cf. audin = audi(s)+ne, viden = vide(s)+ne) aut tam+e+n, deinde particulam „tamen“ et omnino non compositam esse posse.

Adhuc huius vocis variae variorum explicatorum interpretationes maxime inter se differunt; sunt qui indivisum hoc adverbium respondere idg. locat. \*tasmin<sup>1)</sup> (scr. tasmin) confirmant, ut Vaničekius (Gr.-l. EW. I. p. 269.; EW. I. S. <sup>2</sup> p. 99.), qui Georgium Curtium (K. Z. VI. p. 84, p. 93.) et Augustum Fickium (V. W. p. 452.) sequitur; sunt et alii, qui neglegentes<sup>2)</sup> formam „tame“ = tam adverbium nostrum ut adverbium „tam“ auctum postpositione „en“ (= in) interpretentur, ita Stolzius (loco supra dicto) et Meringer, qui in collegio nobiscum collocutus tam+en supplendum esse voce „rem“ opinatus est. Haud aliud quidquam Bréalius, cum (Dict. et. l. <sup>2</sup> p. 283.) tamen ut tam+en definiret, in animo habebat.

Tertius compositionis modus tame+n neglectus est, ut iam supra diximus, certe ob singularitatem vocabuli „tame“, quae altera forma adverbii „tam“, cum nulla forma analogica ceterorum adverbiorum pronominalium augeatur, minoris momenti sit. Sed nobis haec explicatio (eadem paene ac sequens quarta a nobis ipsis proposita „tam+e+n“), quod viam rectam explicationis demonstrat, maioris momenti esse videtur.

Deliberatis enim bene, quas enumeravimus, explicationibus (nam alias minus verisimiles distributiones, quibus forsitan dirimi possit<sup>3)</sup> adverbium „tamen“, sine ullo detrimento neglegere possumus), quin incipiendum sit nobis ab adverbio „tam“, iam nemo dubitabit.

Quid igitur de hoc adverbio „tam“?

Curtius loco supra citato (K. Z. VI. p. 84.) opinatur adverbium „tam“ ortum esse ex „tamen“ loc. sing. fem. pronominalis stirpis \*to; suppressa enim littera n ortam esse formam „tame“, ex qua deiecta vocali e exstitisse „tam“. Quam explanationem, cum nulla similis forma stirpium \*do \*quo \*jo exstet, approbare minime possumus; ut enim desunt formae analogae

<sup>1)</sup> locat. fem., quod affert Curtius loco infra citato.

<sup>2)</sup> Stolzius (gramm. L. <sup>3</sup> p. 137. sub. l. [4]): „auf tame dürfte nicht allzuviel zu geben sein.“

<sup>3)</sup> ex tam+ne non oritur „tamen“ sed tanne (cf. Stolz. <sup>3</sup> p. 88.) quod, testatur Festus (ed. Mueller p. 358.); tam+an? . . . .

\*quamen vel \*damen vel \*iamen, ita etiam \*quame, \*dame, \*jame (praeterea nescimus, qua ratione suppressus sit sonus „n“<sup>4</sup>) terminans vocem „tamen“, nam exempla non exstant), quod non proficiscendum esse ab adverbiiis tamen vel tame, sed a „tam“ satis bene demonstrat. Et „tam“ soli respondent formae i a m, — d a m, q u a m, quas correlativas adverbii „tam“ ab origine esse profecto omnes persuasum habemus.

„Tam“ est adverbium, quod habet vim demonstrativam, aurea latinitate plerumque usurpatum ut particula modalis, „cui subiungimus, „quam“ (ut dicit Festus ed. Muell. p. 361.), sed priscis temporibus hoc adverbio in sententia temporali<sup>5</sup>), in qua etiam correlativis: iam, nam, dam, quam, — quae temporalis sententia servata est in adverbio „tandem“ (= \*tam + dam) = „eo usque“<sup>6</sup>), servata diligentius in eius correlativis praecipue in adverbio „iam“<sup>7</sup>) — usos esse Romanos constat.

Explicata voce „tandem“ bene apparet, non minus „tam“, quam correlativa: dam, iam, nam, quam esse accusativos casus generis feminini stirpium pronominalium \*to, \*do, \*jo, \*no, \*quo.<sup>8</sup>)

„Tame“ autem forma auctior, quam idem significare ac „tam“ Festus p. 546. (Th., p. 360. ed. Muell.: „tame in carmine est positum est pro „tam“) docet, nihil aliud est ac \*tam + e<sup>9</sup>) (cf. quamde = quam<sup>10</sup>), ortum ex \*quam + de). Sed hanc litteram e non semper fuisse e, sed debilitatam esse ex littera i „tamine“ apud Plautum<sup>11</sup>) codicibus manuscriptis servatum (itaque restituendum!), quod ex tami + ne (dubit.) compositum est; t a m e (= \*tám + i) idem fere est, quod i t e m (= \*i + tam).<sup>12</sup>) I littera autem i stirpis \*i = \*e(j) + o

4) „abgeschwächt“ „debilitatus“ ergo, dicit Vaničekius EW. I. S. 2 p. 99.

5) Curtius I. c. (K. Z. VI. 84.); Vaniček. E. W. I. S. 2 p. 99. Gr.-I. E. W. I. p. 269. Sed nihil de temporali significatione apud Holtzeum Synt. I. p. 227 ss, neque apud Schmalzium 3 p. 381, neque apud Draegerum. Cf. Brugm. Grdr. I. 626; II. 540; III. 137, 149, 260, 263.

6) Vaniček. E. W. I. S. 2 p. 99.; Gr.-I. E. W. I. p. 269: (soweit in der Zeit =) endlich, doch. Eandem sententiam temporalem „quando“ = \*quam + do (cf. Schmalz. 3 p. 389) habet („wie weit in der Zeit?“ „wie lange?“ tum demum: „wann?“)

7) Vaniček. Gr.-I. E. W. II. p. 747. opinatur „iam“ esse cas. loc. \*ja-smin, quae opinio argumento eget ut superior interpretatio vocis „tam“ oblata a Curtio. „Iam“ nostrum „jetzt eben“, „nun“, „dann“, deinde: „schon“.

8) „Quam“ et „dam“ iam Vaniček. E. W. I. S. p. 42. et 115. acc. fem. esse censet; Ebelium (K. Z.: I. 307 s.; V. 422; XIV. 400.) Corssenium (Kr. Nachtr. p. 208; Kr. Beitr. p. 83. ss. K. Z.: III. 242, 301; V. 122) aliosque secutus. „Tam“ et „quam“ acc. esse putat Holtzium I. p. 227 ss. Corssenius Kr. B. 497 ss. d a m = \*diam, d e m = \*diem, idem Beitr. p. 503 iam = \*(d)iam perperam opinatur esse; „tam“ et „quam“ acc. femin. g. stirpium \*to \*quo Schmalzium 3 p. 381., accusativos esse „tam“ et „quam“ Stolzius 3 p. 137. s. I. [4] docet, cum Buckius (Der Vokal. d. osk. Spr. p. 29. s.) „tam“ et „tum“ non posse orta esse ex \*ta—sme \*to—sme ostenderit. „Tam“ acc. f.: Corssen. Beitr. p. 272--279, cf. Neuei „Formenlehre“ II. 3 p. 578.

9) Idem —e in „cume“ Ter. Scaur. p. 2261 P. Cf. Jordani Krit. Beitr. p. 213 s.

10) Cf. Vaniček. E. W. d. I. S. 2 p. 115. Gr.-I. E. W. I. p. 320; Fest. p. 261, 4.

11) Mil. gl. v. 628; cf. Braunei observ. gramm. et crit. a. us. „ita, sic, tam“ etc. part. (Berol. 1881). pag. 46.

12) Cf. Bréal. p. 137 (i + tem); Vaniček. E. W. I. S. 2 p. 35 (\*i — ta — m adv. Acc.). Similiter ac — tam in — tem, etiam — dam in — dem mutabatur (cf. quidam, quondam: i — dem, iti — dem [= \*i — ta — dam]) post accentum. (Littera a in e mutabatur in syllabis clausis in i in apertis cf. Stolz. 3 p. 39 ss.).

est (pron. dem. Cf. apud Vaniček. E. W. I. S. <sup>2</sup> p. 35., Gr.-I. E. W. I. p. 77 ss. Stolz. <sup>3</sup> p. 138.), vetus locativi forma.

Itaque examinatis particulis *tam* et *tame* ad vocem „*tamen*“ ipsam pervenimus. *Tamen* componitur, quod ex prioribus iam apparet, ex \**tame* + *n* vel potius \**tam* + *e* + *n*, „*tam*“ ergo est, dupliciter auctum; littera *e* (= *i*) et littera *n*, cuius origo ex pronominali stirpe \**no* aperta, incerta autem forma prima, utrum *-ne* fuerit, an *-num* (cf. hoc = \**ho(d)ce*<sup>13</sup>): donec = *do-ni-cum*<sup>14</sup>) an etiam *-nam* (\**tam* + *e* + *nam* sicut \**tam-dam*, quod supra cf.); verisimillimum nobis, cum sonus ē terminans facillime evanescat, \**tam* + *e* + *ne* videtur. Itaque ut *donec* (= \**do-ni-ce[-cum?]*): *donique*, ita *tamen* (= \**tam* + *i* + *ne*): *tamine*<sup>15</sup>); solum est discrimen id, quod alterum *ne* est demonstrativum, alterum dubitativum (interrog.).

Nunc, cum *tamen* nihil aliud esse comperimus, nisi „*tam*“ auctum — sed non interiectione illa „*en*“ (sich da), quod opinantur Corssenius (Beitr. p. 279) et Brauneus (observ. p. 40)<sup>16</sup>), non saltem propria hac interiectione, nam „*en!*“ ipsum nihil aliud nos quidem censemus esse, nisi \**e* + *ne* (de demonstr. stirpe *ē-no*<sup>17</sup>) ad quam cf. Brugmanni K. vgl. Gr. II. p. 618) — facile Festum (p. 360. ed. Mueller) dicentem: „at antiqui *tam* etiam pro *tamen* usi sunt“,<sup>18</sup>) facileque Kvičalam<sup>19</sup>) affirmantem primitivam utriusque particulae (sc. „*tam*“ et „*tamen*“) vim esse „so sehr“ et Karsten-num<sup>20</sup>) confirmantem, significationem particulae „*tamen*“ ab origine diversam non esse a comparativa particula, et conferentem graecum ἕμως, francogallicum (sec. Bréalium p. 383 s.) „tout de même“, angl. „even“, batav. „evenwel“, comprehendemus, neque minus perspicuum nobis erit id, quod confirmat Kriegers (de enunt. conc. Hal. 1884. p. 4), particulas *tam*, *tamen*, at *tamen*, verum *tamen* non opponi apud Plautum et Terentium in enuntiato primario sententiis per „etiam si“, „*tamen* etsi“, *elatis*,<sup>21</sup>) quare optime multis Plauti et Terentii locis respectis Brauneus<sup>22</sup>) legem constituit hanc:

*tam* tum modo adversativa quadam cum vi a priscis scriptoribus esse positum et poni potuisse, ubi ex structura ipsa iam enuntiatorum satis appareret alteram sententiam alteri ex adverso opponi; *tamen* vero particulae

<sup>13</sup>) Neuei F. II. <sup>3</sup> p. 411.

<sup>14</sup>) Cf. Vaničekii E. W. I. S.<sup>2</sup> p. 115. Sed „= donique“ Waldeus LEW. s. v. „donique“.

<sup>15</sup>) Causa et origo mutationis *e*: *i* diversitas accentuum et syllabarum (utrum clausae sint an apertae) est; diversitate quoque accentuum factum est, ut terminationes omitterentur.

<sup>16</sup>) Iam Kvičala I. infra citato monuit, en hoc pro particula illa demonstrativa haberi non posse.

<sup>17</sup>) de qua etiam vox adhuc haud satis inquisita: *enim* = \**é* + *nam*; de *nam*: *enim* cf.: *clam*: *calim*.

<sup>18</sup>) Cf. Holtzeum (II. p. 531: „dicitur a priscis scriptoribus etiam „*tam*“ pro „*tamen*“), eiusque exempla.

<sup>19</sup>) Wiener Studien 1879. p. 147 ss.

<sup>20</sup>) Mnemosyne, n. s. 1890. XVIII, 3. „De particulae „*tamen*“ significatione etc.“ p. 307.

<sup>21</sup>) Posito enim demonstrativo: (et-)iam, *tam*, *-en* in sententia obliqua, non est necessarium in enuntiato primario alterum demonstr.: *tam* aut *tamen*; sin autem in sent. obliqua, relativum est quamquam, bene ei *tam(en)* demonstr. enuntiatii primarii respondet (Wie sehr auch . . ., so sehr . . .). Cf. Schmalz. p. 420; Draeger. H. Synt. II. p. 735. § 564. 2.

<sup>22</sup>) Observ. p. 45.

locum fuisse, ubi necessarium videretur animum eius qui audit intendi id quod ex aequo apponitur ex adverso opponi.

Quomodo tam et tamen in enuntiata concessiva irrepserint, Karstenus et Bréalius ex modali particularum significatione satis bene explicaverunt; cf. superiora locosque ibid. citat. Idem et nos affirmantes commentariolum hoc concludimus. (Cf. etiam: Schmalz. <sup>3</sup>pp. 315, 387, 419 s.; Kühn. II. p. 957 ss. § 221.; Draeger. II. p. 734 ss.; Holtze. II. pp. 380., 133., 349—351, 186.).<sup>23)</sup>

<sup>23)</sup> Ex quibus omnibus deliberatis restat, ut componamus hanc fere tabellam:

stirpes:	<b>to</b>	<b>do</b>	<b>no</b> (eno)	<b>jo</b>	<b>quo</b>
acc. f. (in—am:) tam	—dam	nam	iam	quam	
	(quondam = *quom+dam)				
	—tem (= *—tam)	—dem (= *—dam)	enim (= *é—nam)		
	tame (= *tá m+i)			quamde (= *quam+de)	
	tamen (= *tam+i+ne)			quando (= *quam+do)	
acc. m. (in—om) tum	dum	num	—	quum	
		nunc (= *num+ce)		(= quom, cum)	

Quorum „iam“ (apud vetustiores poetas semper bisyllabum) etiam de stirpe jo = i, ejo derivatum esse potest, quae relat. stirps vero a demonstrativa frustra discernitur (cf. Waldei LEW. s. v. „is“), „nunc“ (= \*num+ce) perperam adhuc cum graecis νῦν, νῦν componebatur, in quibus stirps pron. \*no aucta est pronominali quodam \*u: νῦν = \*n(o)+u; νῦν = νῦν! = \*nu (ex \*no+u)+ni. (cf. Curtii explicationem vocis πᾶν-u: Grdz. <sup>2</sup> II. p. 410.). Quam d e v. lat. ex ‚quande‘ restitutum.